

à solis dūtaxat qualitatibus, sed & à formis corruptæ, produxerant recēter generati mixti formam. Hæc iam in primordia postliminiò reducenda, eo corruptionis modo, quo venit in lucē, reuertetur. Quòd si ergo debebit corrūpi, id in quod corrumpetur, ea ipsa nimirum primordia, vel quicquid id fuerit, generatū dicetur. Atqui pars naturalis totius cū in fit actu non generatur, toto corrupto: verūm, sub motis cōpositionis vinculis, separatur, dilabente toto. Actu verò inesse cū totū existat actu, vel solus relatorum mutuus respectus p̄docet. Firmū est ergo, principiis-que philosophicis consentaneū, simile remediū in partes actu diuersas, quæ naturales sint, separari non posse: sed in eas, quæ potentiâ existunt, artificiales corrumpi. Vt eam ob causam nonnulli Paracelsistarū & alij artifices, antiquorum sectatores, non firmis ducti rationibus sal, sulphur, mercurium, tria rerum naturalium principia asseuerent: cū ars naturę æmula, eandem imitata, non assequatur tamen. Quæ enim ex pugnantium commissione producit, licet

Sal, sulphur, mercurius, non sunt naturalia principia.

cet
hibe
sunt
An
tate
rò,
redo
dux
uum
cert
toll
qui
par
run
pro
par
mo,
tūs
ra,
deto
in v
acce
tes
ede
pon
ope
Aët